



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

XXXIII. Markgraf Woldemar überläßt dem Kloster zu Spandow das Eigenthum am Fischzoll zu Berlin und Cöln, am 23. Juni 1318.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54728)

XXXIII. Markgraf Woldemar überläßt dem Kloster zu Spandow das Eigenthum am Fischzoll zu Berlin und Köln, am 23. Juni 1318.

In nomine domini Amen. Ea que in tempore sunt, nisi scripture roborentur testimonio, ab hominum memoria desluunt temporis elapsu. Hinc ergo est, quod nos Woldemarus, Dei gracia Brandenburgensis et Lufacie Marchio, recognoscimus et in noticiam publicam per presentes literas deducimus presentibus hominibus et futuris, quod bona et plena deliberacione prehabita dedimus et solemni donacione donamus deo dicatis virginibus in clastro Spandowe domino famulantibus, presentibus et futuris, proprietatem plenam et omnimodam thelonei piscium, tam in Berlin quam in Colonia, quod theloneum cum vniuersis fructibus discretus vir Thilo de Hamel in dictas virgines transtulit expedite, volentes vt ipse virgines dictum theloneum possideant et tollant de omni genere piscium, exceptis allecibus, cum pleno fructu, vtilitate et commodo atque iure et adeo libere, quod ad nullas prestationes de ipso theloneo teneantur. Possunt quoque dicte virgines fructus huius sui thelonei per prepositum tollere, conseruatore vel ipsum theloneum alii locare cum libertate omnimoda atque plena. Renunciamus igitur dicto theloneo et eius fructibus nec non iuribus omnibus, que nobis aut nostris heredibus possent competere ex causa quacumque, tam quoad proprietatem quam quoad possessionem predicti thelonei et fructuum eiusdem solempniter in hiis scriptis. Proinde dictus Thilo nobis dedit et persoluit centum et octoginta marcas argenti Brandenburgensis complete, de quibus dicimus per presentes literas ipsum quitum. Testes huius nostri contractus sunt: Conradus de Redere, Henninghus de Blankenborch, Droyfeko dapifer, Henricus de Schenkendorp, Sloteko, Ebel de Clepyz, Petrus de Pomerania, Redko de Redere, noster marscalcus, Matthias de Bredowe, milites Henricus, ecclesie Stendaliensis decanus quondam, Euerardus in Stolpe prepositus et Hermannus de Luchowe, nostre curie capellani, cum aliis fide dignis. Et ne de hoc facto nostro rite celebrato aliqua dubietas pullulet in futurum, hanc litteram inde iussimus confici, et sigilli nostri robore firmiter communiri. Actum et datum in Breden, in nostra et dictorum in testimonium ad hoc vocatorum presencia, anno domini Millesimo trecentesimo decimo octauo, vigilia sancti Johannis Baptiste.

Seidel's handschr. Urkunden-Sammlung. — Hildici's Beiträge IV, 10. 11.

XXXIV. Markgraf Woldemar überläßt dem Kaland zu Spandow und auf der Heide Gebungen aus dem dortigen Kiege, am 28. Mai 1319.

In nomine domini Amen. Nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis et Lufacie marchio, tenore presencium publice profitemur, Quod propter deum, salutem quoque animarum nostre ac nostrorum progenitorum dedimus ac donacione sollempni donamus, deuotis confraternitati ac fratribus Kalendarum de Spandowe et de merica presentibus et futuris duo talenta in vico ibidem denariorum brandenburg. similiter in annuis redditibus perpetuis temporibus iusto proprietatis titulo possidenda. Renunciantes omni iuri, quod nobis aut nostris successoribus